manuscript

Seite 83r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

spe sacramentali. Et primo recipiunt auctoritatem Sancti Gregorii in hoc in dyalogorum. ubi sic dicit. Eius ergo carnem pluribus eius quippe sanguis non in manibus infidelium. sed in ora fidelium infunditur. Ubi frater mi dilecte bene scis et scire debes quod sacramentum corporis domini non ponitur per manus alicuius inferioris manus sacerdotalis et hoc offerendum tantum et non alicuius infirmioris vel captiuioris. et in illorum ora offerendum debet sanguis domini infundi. et infundit quod offerunt sub specie vini et non alicuius sacerdotis non offerendum nec laicorum simpliciter. Item dicit dicit eni in ora fidelium. et laici boni sint fideles debet eis sanguis domini infundi in ora vestra. Deo dico ubi quando corpus domini participant fideles laici sub specie panis infunditur sibi etiam et sanguis domini commutatione fit vino sub ipso signo vini. Et ita ubi est corpus xpi ibi etiam est et sanguis eius. Ille error maximus sequitur quia sanguis xpi glorificatus vinitus est corpori domini inseparabiliter. ..

Tunc ad auctoritatem sancti thome quia multi dicunt quod corpus xpi et sanguis eius debet dari sub utraque specie. s. sacramentali laicali populo. Quia scribit sanctus thomas in tertia parte summe distinctione. q. lxxvi. ubi sic dicit. Quod hominis totius xpus est sub utroque sacramento non tamen iusta. Nam in prima repetitur passione domini. In secunda sanguis effusionem. tamen continentur et ipsum huius sacramenti vt scilicet exhibeatur fidelibus. Dicunt quod sub utraque specie sacramentali debet dari corpus xpi et sanguis eius fidelibus laicis. hoc est fluit, quia male intelligunt sanctum thomam. Iam plus quam inducentis locis dicit quod sub una specie panis tam debet dari laicalibus corpus xpi et sanguis eius. quod hic contradiceret sibi. Oportet hic intelligi auctoritatem sancti thome. quod quemadmodum est vsus. i. quod vsus est et consuetudo. ut hoc sacramentum scilicet sumi exhibeatur fidelibus. i. sub duabus speciebus dimissum exhibeatur. i. offeratur in altari pro fidelibus. i. pro peccatis omni fidelium. Et sic scilicet sumi hoc sacramentum debet exhiberi fidelibus in altari pro peccatis omni et non laicis dando sub utraque specie sacramentali. **Et tunc ad Gelasium papam** dicentem dimisso vinum ab altaris sine sacrilegio et peccato non potest pruenire. Ad hoc videtur vt glossa dicit super eadem ca. quod dictum Gelasii pape intelligitur de sacrificante aut de consecrante. Et hoc ipse voluit hic ipsum ca. d. hoc facite in meam commemorationem. Johis Andree in glo